

ipsis consistente in penultima, sic κάλω.

Omnis dictio cuius ultima acutum ex prædictis rationibus non suscipit, si ea syllaba brevis fuerit et circumflexo nullus sit locus, acuto notabitur in penultima, dum modo sit dissyllaba, Sin polysyllaba, in ante penultimam acutus transferetur ut λόγος διάλογος ἰάκωος, Πύραυλος, Dores hoc posterius aspernantur, quibus dicitur φιλοσόφος non ut communiter φιλόσοφος.

1. Notabis item que ex uerbalibus dissyllabis utrisque breuibus composita sunt, nam illa seruant tonum simplicis ut τόκος, δευτόκος, Breuium autem syllabarum numero quod ad accentum pertinet, habentur due diphthongi illæ οι et ου, atque adeo nullam syllabam illæ longam hac ratione efficient. Quod si contra quam dixi ultima longa fuerit, accentum acutum obtinebit penultima syllaba ut Σωκράτης Ἀριστέλης φιλοσοφία Atticis solum refragantibus, qui acutum tribuunt antepenultimæ syllabæ ut λέξεως, μενέλεως.

2. Huic regulæ aduersatur primo, quod in ultimam acutentibus nominibus usuuenit, que in os non exeunt, in quibus tonus per declinationem constanter in eadem syllaba perseuerat, ut εὐσεβής, εὐσεβέος, παλλάς, παλλάδος, Sic ἰδρωές ἰδρωτός in circumflexis.

Notabis hic genitiuos et datiuos utriusque numeri qui